

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 5021

**Auteur(s) :** Lucius II [pape]

**Bénéficiaire(s) :** Henri de Sully, Fécamp, La Trinité (abbaye, abbé)

**Genre d'acte :** bulle

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1144, 30 mars

**Lieu d'émission :** Latran

**Action juridique :** confirmation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Le pape Lucius [II] prend l'abbaye de La Trinité de Fécamp sous sa protection et confirme les biens, les droits et les libertés de ladite abbaye. Il interdit aux évêques de lever des taxes sur les églises dépendant de l'abbaye. (Bulle rédigée d'après celle d'Innocent II. Voir RAMACKERS, n° 13 et p. 80 ; SCRIPTA 5017)

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Ramackers Johannes, *Papsturkunden in Frankreich*, Neue Folge 2 Normandie, Göttingen, Vandenhoeck & Ruprecht (Abhandlungen der Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen. Philologisch-historische Klasse, 21), 1937, 2 vol., n° 20, p. 80-81.

### Indications

Jaffé Philippe, Wattenbach Wilhelm, *Regesta pontificum Romanorum ab condita ecclesia ad annum post Christum natum MCXCVIII* 2e éd., Leipzig, Veit, 1885-1888, 2 vol., n° 8557, t. 2, p. 11.

Texte établi d'après a

Lucius episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filiis Henrico abbatii Fiscannensis monasterii eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem uitam professis in perpetuum. Licet ex iniuncto ... confouere. Eapropter, dilecti in domino filii, postulationibus uestris gratum prebentes assensum prefatum monasterium, in quo diuino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti priuilegio communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona idem monasterium in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum uel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis Deo propitio poterit adipisci, firma uobis uestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda uocabulis : æcclesias uidelicet totius parochiæ Fiscanni ... Auiscomonte. Abbatiam uero de Bernao et abbatiam sancti Taurini de Ebrois, abbatiam sanctæ Bertæ de Ternesio et ordinationes earum, quemadmodum predecessores tui eas per quadraginta annos quiete habuisse noscuntur, tibi et æcclesiæ Fiscannensi similiter confirmamus. Obeunte uero te eiusdem loci abbate ... euocatus. Nec uestra ecclesia uel abbas uel monachi per quemlibet preter Romanum pontificem uel eius legatum a diuinis interdicatur officiis uel excommunicentur. Quicquid preterea ... cognoscitur, nos quoque tibi, fili Henrice abbas, et fratribus ... exactiones aliquas aut molestias uel Fiscannensi cenobio uel æcclesiis supranominatis uel clericis eisdem deseruientibus irrogare ... persoluere. Decernimus ergo etc., salua nimirum in omnibus apostolicæ sedis auctoritate. Si qua igitur etc. Cunctis autem etc. Amen. Amen. Amen.

R. Ego Lucius catholicæ ecclesiæ episcopus ss. BV.

† Ego Conradus Sabinensis episcopus ss.

† Ego Theodewinus sanctæ Rufinæ episcopus ss.

† Ego Albericus Ostiensis episcopus ss.

† Ego Stephanus Prenestinus episcopus ss.

† Ego Ymarus Tusculanus episcopus ss.

† Ego Petrus Albanensis episcopus ss.

† Ego Guido presb. card. tit. sancti Grisogoni ss.

† Ego Thomas presb. card. tit. Vestine ss.

† Ego Humbaldus presb. card. tit. sancte Praxedis ss.

† Ego Nicolaus presb. card. tit. sancti Cyriaci ss.

† Ego Gregorius diac. card. sanctorum Sergii et Bachi ss.

† Ego Otto diac. card. sancti Georgii ad uelum aureum ss.

† Ego Guido diac. card. sanctorum Cosmæ et Damiani ss.

† Ego Guido in Romana ecclesia altaris minister indignus ss.

Dat. Lat. per manum Baronis capellani et scriptoris III kal. aprilis, inductione VII, incarnationis dominice anno M°.C°.XL°.III°, pontificatus uero domni Lucii II pape anno primo.